



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

4 Dignitas iurisdictionem spiritualem habens, & ecclesia parochialis minori
25. annorum non conferuntur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

- 6 Presbyterium 24. annos completos requirit.
- 7 Suspendus, actus iure particulari sacerdotio scriptos exerrens peccat, non tamen est irregularis.
- 8 Professionis Hermaphroditi valor, ut metiendus.
- 9 Episcopus originis Regularem electum quando licite promoveri poterit.
- 10 Hæres canonice recipere non tenetur, qui possidet beneficium, de quo nulliter est prouisus.

DECISIO VI.
Ex consil. 6. alias 9. de temp. ord.

6 Regularis nondum habens viginti quatuor annos completos, sed de sunt illi quadraginta dies, si iustus a prelato dicente patum pro nihilo habendum; presbyterium assumat, suspendus est, & celebrando irregularis efficitur; eo quod ordo presbyteratus requirit viginti quatuor annos completos, cum oporteat ut attingat vigesimum quintum. Cle. generalem, de ætat. & qualitate, & Conc. Trid. sess. 23. c. 12. de refor. quem non attingit, qui constitutus est etiam in ultimo die vigesimi quarti anni, quamvis talis diceretur esse viginti quatuor annorum. Et licet dies ceptus pro completo regulariter habetur, l. Quæ ætat. ff. de testa. annus tamen ceptus non habetur regulariter pro completo. Glo. in d. cle. generalem.

DECISIO VII.
Ex consil. 7. alias 9. de cler. excom. ministr.

7 Regularis ante legitimam ætatem Sacerdotium suscipiens, & electionibus tam actiuis, quam passivis ad solos Sacerdotes pertinentibus, & statione, & Sessione inter Sacerdotes & alijs actibus solis Sacerdotibus deputatis utens, quamvis ob Sacerdotium ante legitimam ætatem susceptum ipso iure suspensionem ab officio incurrit, Extra. eum ex Sacerdotum. & si aliquem actum specialiter deputatum actui ordinis exerceat, irregularis efficitur, ex Innoc. & Pauor. in c. fin. de excess. prelat. faciens tamen aliquem trium prælatorum actum, nullo modo irregularitatem incurrit; quia licet sint actus ordinis sacerdotali per statuta ordinis, seu religionis deputati: non tamen sunt officia Divina; Cum tamen ad hoc ut ordinatus, excommunicatus, vel suspendus irregularitatem incurrat, duo necessaria sint, vnum est, ut sit officium Divinum; & alterum, ut alicui certo ordini sit deputatum, ut Nau. in Man. cap. 27. nu. 244. & præfati tres actus, ut prædicatur, officia Divina non sunt: Ab illis autem tribus actibus regularis talis arcædus est, eo quod licet illos exerceat non incurrat irregularitatem, peccat tamen, sicut suspendus eligendo, vel permittendo ut eligatur, non sit irregularis, quamvis peccat, faciendo actum sibi prohibitum ca. cum inter R. de elect. & ordinatus, suspendus, & excommunicatus, licet gaudeat privilegio fori, & canonis, c. si quis suadente 27. q. 4. & ca. aduersus, ca. inter alia de immun. eccl. alijs tamen privilegijs non gaudet, sicut privilegij honoris, & utilitatis convenientibus ei ratione ordinis, unde nec capax est collationis beneficii secularis, vel regularis, aut dignitatis, aut honorum, ca. 2. & c. si celebra. de cler. excom. ministr. nec debet quis ex suo delicto assequi, quod sine illo assequutus non fuisset, c. Sedes Apostolica, de re script.

DECISIO VIII.
Ex consil. 3. alias 47. de regular.

8 Hermaphroditus religionem virorum professus, nulla facta mentione de tali defectu, peccat, & professionis eius validitas ex potentia virili, vel muliebri iudicanda est. Queritur, si de stat. hom. si enim potentia virilis eius maior sit, quam potentia muliebri, valida est eius professio; si vero minor sit potentia virilis, quam muliebri, aut utraque potentia par sit, professio inter viros erit nulla: Hermaphroditus enim par sit potentia, & ad ordines, & ad religionem omnino inhabilis est, & ordinatio, aut professio facta non valet, ex Sylvest. vel b. Hermaphroditus, data enim paritate, æque iudicari potest mulier, ac vir: An vero utraque potentiarum sit impar, an altera maior, standum est dicto suo, vel iudicio medicorum. Talis autem iuste cum dispensatione Papa ex Monasterio eici potest ad scandalum vitanda, c. Nihil, de præser. Immo si potentia eius virilis minor sit quam potentia muliebri, sine dispensatione Papa ex Monasterio eici, vel inuitus potest, cum professio sit nulla, nec Monasterium illum retinere tenetur, qui religionem suam profiteri nequit ex Conci. Trid. sess. 25. cap. 16. de regul.

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 45. de temp. ord.

1 Prelatus obediens verbo a Papa, ut religiosum suum ad omnes ordines habitaret, si adveniente tempore ordinationis, præfatus subditum suum cum literis dimissionis ad quatuor Minores, & Subdiaconatum suscipiendum mittat, & illis susceptis moritur præfatus, potest se ordinatus de licentia alterius successoris dicti prælati, alios maiores ordines sine nova dispensatione Papa suscipere; cum probabiliter credendum sit, quod præfatus suus anterior ex concessione Papa non solum illum habilem fecerat ad eos ordines quos ipso vivente suscepit, sed etiam ad omnes simul: cum præsumendum non sit quid futurum & malum, de bono & prudenti prælati, c. i. de serutin. ab ordin. faciend. & boni, & prudenti prælati non fuit id facere cum periculo, quod ipso mortuo oporteret iterum ad Papam refugere, ut axime cum communi stylo commissariorum ad habitandum quem ad omnes ordines sit, ut unico actu id faciant. Quæ autem communitate accedunt, & non insolita, credenda sunt, ca. Quia non est verisimile, de præsumptio.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 4. de præsumpt.

2 Sacerdotio probato, cum de antiqua ordinatione probanda agitur, & ordinatorem virum probum fuisse constat, alij etiam omnes ordines probati censentur. Pan. in c. nisi, de præben. & Fel. in c. super his, de accus.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 5. de filijs presby.

3 Illegitimus bona fide credens se habere dispensationem a Papa ad ordines sacros suscipiendos, cum tamen non haberet nisi commissionem de dispensando missam ordinatio, & bona fide accipiens Subdiaconatum ab alio Episcopo, cum literis dimissionis sui ordinarij suspensionem, & irregularitatem Extravagantis Pij II. incip. Cum ex Sacerdotum non incurrit, cum hæc solum punire suscipientem ordinem sacrum ante legitimam ætatem, vel sine dimissionibus, vel extra tempora, & præsumptem suscipere non autem bona fide, sine dolo id facientem, ex Nau. in Man. ca. 25. num. 70. & cap. 27. num. 161. & 241. & licet suspensionem incurrit, eo quod ordinem Subdiaconatus non præmissa dispensatione accepit, cum eo tamen Episcopus originis dispensare potest, c. Lugdunensis & gl. in c. non inuitati. q. 2. & sic a suspensione absolutus ad alios ordines superiores ascendere potest. Nunc constitutio nova Sixti V. & eius declaratio circa illegitimos attendenda est.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. in viris que.

4 Dignitas iurisdictionem spirituales habens, & ecclesia parochialis, ei qui vigesimum quintum annum non attingit, conferri non potest, cum in cunctis, de elect. & Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de refor. & Extravag. Exerabilis, de præben. Non curata autem olim habent viginti annos completos, c. 1. de ætat. & qual. lib. 6. non autem habent viginti duos annos conferri debet, ex Con. Trid. vbi sup.

DECISIO V.

Ex consil. 5. alias 35. de temp. ord.

5 Arripit vel obfessus a demone antequam ad sacros ordines ordinetur ad illos sine Papæ dispensatione promovetur non debet, cap. communiter, dist. 33. post ordinationem vero obfessus, ordine ante illam arripionem suscepto vii potest.

DE-